



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. VI. Filij animum Virgo precib. suis mollit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

futuram, testatus est filius, oculos igitur Dominicus eo tempore in oblatum sibi Franciscum, quem nunquam ante uiderat defigens, postero die, eius somnij imagine, illum de facie nouit; eumq. osculans, & amplectens, sibi socium, & amicum adsciuit. Quinimò illo tempore mirabilis inter eos animorum, & studiorum coniunctionis, firma iacta sunt fundamēta; & ex exposito somnio, maximam animi laetitiā Franciscus concepit: sanctiq. uiri animo germani facti sunt.

MIRAC. VIRG. VI.

Filij animum Virgo precib. suis mollit.

Guilielmo sacerdoti, cui diuinitus coeli secreta quandoq. aperiri consueuerant, hoc etiam nunciatum est, de quo tacere nefas, ac turpe esset. Nam is totum diem precationi incubuerat, extasiq. perductus, ante Christi tribunal adstare uisus est. propè iudicis dexterum latus, Angelum, tubam gerentem conspexit, quē iudex allocutus est aperte, coelestib. omnib. audiētib.; iussitq. ut tuba personaret. Id cū ipse statim praestitisset, ita horribilis fuit eius sonitus, ut terrarum orbis totus contremuerit. idem ut faceret, iterum imperat. Sed pia, & misericors Virgo, ad eius pedes deuoluta, illum etiam, atq. etiam obtestata est, ut iudicium illud differret; & hominum genus misericordia sua complecteretur, ac conseruaret. Respondit filius, quotidie homines, mater, in peius ruunt, meq. ita eorum scelera cōmouent; ut nec sententiam differre, nec illis parcere decreuerim.

rim. Non modò. n. illi, qui sacris ordinib. addicti non sunt, sed etiã qui mihi religione sunt consecrati quotidie grauisime peccant, meq. indies magis, magisq. laedunt. Tunc Virgo, leni odium, inquit, ò fili, hominesq. tua pietate complectere, saltem eorum caussa, qui mihi sunt deditissimi. Quarè Christus totus placatus est, & iram deposuit.

MIRAC. VIRG. VII.

Provinciae, quae unius ob noxam à tota plectebatur, coeli regina opem affert.

FRisus pugil oenopolium frequentabat, è quo nunquam, nisi ebrius discedebat. Quarè domum postea rediens semper miseram uxorem conuicijs, & uerberib. urgebat: quae, ut quodam die eius impetum, & furorem effugeret, se aegrotantem simulauit; sacrosantamq. eucharistiam ad se afferri iussit. Aduenerat iam sacerdos; contra quem pugil consurgens, eum ad bibendum, ceruisiae poculo inuitauit. Respondit sacerdos, se nolle bibere; quia Christi sanctissimum corpus manu continebat. Ira ebrius percitus, poculo illo, sacramenti uasculum concussit, ita ut sacrosanctae hostiae conciderint, quae, uti lucidissimae stellulae micare, & splendescere uisae sunt. Illis non sine maxima cura, & diligentia collectis, sacerdos, ob impium factum, moestus abiit. Pugil ante illius provinciae praesidem citatus, & cõtumax diris inferorum confixus, nihili eam ré faciens; paullo post obiit. Eodem anno à Christo illo provinciae maxi-